

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XLIV. De habitu monachorum montis Carmeli, & primum de zona,  
ejusque mystica significatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

Ephes. 3.  
fuit in alio immortans, sicut ait Apostolus: *Impleas  
mini spiritu sancto, loquentes vobis metipsis in psalmis,  
& hymnis & cantici spiritualibus, canentes, & psal-  
lentes in cordibus vestris Domino.* Et quia ricus ille an-  
tiquus DEO psallendi cum instrumentis musicis  
nunc in vestra Religione non observatur; ideo  
ejus professores modò Prophetæ non appellantur.

Tunc etiam ipsi rectè filij Prophetarum dice-  
bantur, quando per Prophetas regebantur, ut  
prediximus: nunc autem nequaquam per Pro-  
phetas regantur, ideo nec filii Prophetarum vo-  
canuntur: sicut eos tunc appellantos *Fratres Beata MARIE & Virginis* nemo sane mentis dicet, cùm vir-  
go MARIA nondum esset nata. Sed, sicut dictum  
est, postquam tam expressam, & propriam primi-  
tiazionem spontaneam virginitatis conseruarem in-  
ter se, & DEI genitricem cognovit, at adimple-  
tam: ipsi ex tunc *Fratres Beata MARIE & Virginis*  
appellari fuerunt.

Legen-  
dum  
quadra-  
gesimo  
tertiu de  
quo vi-  
dendus  
Waite-  
lius hoc  
loco, &  
alii.  
Observe,  
quā sit  
antiquus  
cultus  
Deip. V.  
in Cat-  
melo.

nis, præostenus Sancto Prophete ELIAE, sub spe-  
cie nubecula ascendens de mari in Carmelum,  
monachi prædicti anno Incarnationis filij DEI  
octogesimo tertio, diruentes eorum Scunion an-  
tiquum, adificaverunt huius primæ Virgini DEO  
dicata capellam quadrangularem in monte Carmeli, jux-  
ta fontem ELIAE, in ita illo, in quo ELIAS orans  
viderat nubeculam illam, quasi vestigium homi-  
nis, de mari ascendere in Carmelum: ubi professo-  
res prædicti seipso huic virgini commendantes,  
singulis diebus, ad effundendum dicitæ virgini, &  
ejus Filio sedulas preces, & supplicationes auge  
laudes, ex unce semper conuenienter: ibique de  
verbo divino, culpiq; vitandis, & animatum salutem  
procuranda humili colloquio adinvicem contu-  
lerunt. Et propterea ceteri, etiam ab eorum Reli-  
gione externi, eos deinceps *Fratres Beata MARIE & Virginis* de monte Carmeli semper appellaverunt.

## C A P V T XLIV.

Alias  
xxxvii.  
De habitu monachorum montis Car-  
meli, & primum de zona, ejus-  
que mystica significatione.

Ecclesiasticus 19.  
4. Reg. I.  
Scilicet abatur namque Rex à suis nuntijs, cuius  
figura, & habitus esset vir, qui eis occurrerat, &  
loquitus fuerat: cui respondentes nuntijs dixerunt:  
*Vix pilosus erat, & zona pelicea accinctus renibus.* Ex  
quo habitu confitum pterygidiens Rex in Prophe-  
te notitiam ait: *ELIAS Thesbite est.* Zona quippe  
indicio, & hisutu, inquitque corporis specie vi-  
rum DEI indubitanter cognovit: quoniam zona  
pelicea (velut quoddam speciale signum impre-  
sum) suis renibus perpetuo cohæret: qua accin-  
ctis lumbis, ELIAS dum occurserat à monte  
Carmeli usque in Iezrael ante Regem Achab pa-  
trem Ochoziam,

3. Reg. 18  
Scilicet abatur namque Rex à suis nuntijs, cuius  
figura, & habitus esset vir, qui eis occurrerat, &  
loquitus fuerat: cui respondentes nuntijs dixerunt:  
*Vix pilosus erat, & zona pelicea accinctus renibus.* Ex  
quo habitu confitum pterygidiens Rex in Prophe-  
te notitiam ait: *ELIAS Thesbite est.* Zona quippe  
indicio, & hisutu, inquitque corporis specie vi-  
rum DEI indubitanter cognovit: quoniam zona  
pelicea (velut quoddam speciale signum impre-  
sum) suis renibus perpetuo cohæret: qua accin-  
ctis lumbis, ELIAS dum occurserat à monte  
Carmeli usque in Iezrael ante Regem Achab pa-  
trem Ochoziam,

Hoc ergo exemplo suo docuit ELIAS, mona-  
chum hujus professionis debet cinctus lumbis  
incedere. Nam & *Ioannes Baptista*, qui in spiritu, &  
virtute Eliae venit, eam in accinctione lumborum  
imitatus fuit; de quo Evangelista sic ait: *Erat Ioan. Mar.,*  
*nec vestitus pilus camelorum, & zona pelicea circa*  
*lumbos ipsius.* Hujus autem zone habitu non par-  
vum est, qod à monacho exiguit sacramentum.  
Lumborum enim accinctio, & ambitus zone pel-  
licae significat, monachum debere mortificatio-  
nem illorum membrorum circumferre, in quibus  
luxuria seminaria continentur. Ut ita videlicet,  
sive lumbi ejus zona pelicea extenuis praeci-  
cti, quatenus interius inveniantur seminaria  
coit in eo protius exinde: & decanter digno-  
cum Propheta: *Fatulus sum sicut uer in pruina quia,*  
scilicet, prædictus gelu continuo ita stringo in  
lumbis concupiscentia carnalis ardorem, sicut  
pruina congelando perstringit utrem. Hinc in fa-  
cra scriptura legitimus, ELIAM ideo primum om-  
nium fusile zona pelicea in lumbis cinctum, qia  
primum hominum hoc signo dedit monachis ex-  
emplum restringendi in lumbis, & mortificandi  
omnis luxuriosi motus incentivum, per modum,  
de quo Apostolus ait: *Mortificate membra vestra, col. 3,*  
*qua sunt super terram, fornicationem, immunditiam,*  
*libidinem, & concupiscentiam malam.*

## C A P V T XLV.

Alias  
xxxviii.  
De Melote, antiquo hujus Religionis  
habitu atque ejus mysterio.

Melotes quoque gestasse fundatores primos  
hujus Religionis, ELIAM, scilicet, & ejus  
discipulos filios Prophetarum, Apostolus de eis  
loquens asseverat, dicens: *Circuerunt in melotis, &*  
*in pellibus caprinis, egentes, angustati, afficti, quibus*  
*dignis non erat mundus: in solitudine errantes, in*  
*montibus, & speluncis, & in cavernis terra.* Dicitur  
enim *Melota* propriè a melo animali, quod etiam  
Taxis appellatur: de cejus pilis, vel pelle facta ve-  
stis, que est valde hispida, *Melota* propriè vocatur.  
Quanquam quælibet vestis de pilis animalium  
alperis, aut de pellibus hilpidis facta, *Melota* vul-  
gariter dicatur: nam & indumentum de Carmelo-  
rum pilis, vel depilis caprinis, confervit communiter  
*Melota* dici à muluis. Quo etiam habitu in  
noxa lego Joannem Baptistam fusile induitum.  
Evangelista testatur, qui ait: *Ipse autem Joannes habe-  
bat vestimentum de pilla camelorum.* Hujus autem  
*Melota* gestatio, succedentibus temporibus, deti-  
nunt potius, quam adificationem eam videntibus  
comparabat.

Idecirco vestem illam cilicinam despectram  
cunctis, & qua ex hoc ipso nulla poterat spiritus  
emolumenta conferre, sed elationis potius vanita-  
tem, professores hujus Religionis concordis ten-  
tentia refutarent. Loco autem ejus, tunica lanæ  
non pretiore, sed mediocriter alpera, ejusdem co-  
loris, cuius existebat melota, subrur Scapulare ge-  
stare assumperunt. Quidam dictorum sancto-  
rum Patrum nostrorum, tam veteris, quam novæ  
legis, exemplis ostenditur, monacho hujus pro-  
fessionis convenire, vestem habere asperam, &  
magis concretem corpus, quam foventem: & illi  
repugnare, vestem habere pretiosam, & delicatam, sive qualis  
sive molles, ad delectandum carnem. Si enim ha-  
bitationi solitudinis convenire, indumentis mol-  
libus vestiri, concessisset unique Dominus, homi-  
nem